

B. N. II, 166.

Q. D. B. V. (X 7875232)

h. 46, 4. DISPUTATIONEM INAUGURALEM

II R
1966

DE
**SINGULARI
ET COMMUNI
PRINCIPUM IMPERII
JURE,**

EX
DECRETO & AUCTORITATE
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
IN CELEBERRIMA VIADRINA,
PRÆSIDE

DECANO SPECTABILI,

DN. PETRO Schulzen / J. U. D.

ET INSTIT. IMPERIAL. PROFESSOR. ORDIN.

Dn. PATRONO ac PROMOTORE Suo

omni Honoris cultu prosequendo

PRO LICENTIA

*SUMMOS In UTROq; JURE HONORES ac PRIVILEGIA
DOCTORALIA CAPESSENDI,*

INAUDITORIO ICTORUM

Placido Eruditorum Examine submittit,

D. XV. April. An. MDC LXX XIX. hor. ante - & pomeridian.

HARTMANN. PETRUS Haberforn / Giess.

Francofurti ad Oderam, Typis CHRISTOPHORI ZEITLERI.

XX
17
7.16







I. N. J.

CAPUT I.

DE

DISCONVENIENTIA

AC DISPARITATE IMPERAN-

TIUM & PARENTIUM.

§. I.

NE illotis hanc Dissertationem aggrediar manibus, DEO Authore, ad quem omnem spem meam refero, *Const. de Concept. ff. in proæm.* per quem etiam omnes difficultates superatum iri confido, *l. 2. C. de off. pref. prator. Afric.* meritò illam exordior. Hunc submissus veneror, ut initium, medium & finem felicem esse jubeat, meq; dignum servitium suum adimplere faciat! *l. 1. C. d. t.*

II. Neminem inveniri posse existimo, cui incognita existat maxima inter membra Rerumpublicarum disparitas ac disconvenientia. Ut alias silentiò præteream, in memoriam saltem revocabo Rempublicam nostram Romano-Germanicam; spectantur in ea personæ, quæ *præsunt*, spectantur quæ *subsunt*, illas imperantes, has parentes sive subditos vocari, in aprico situm; huncq; naturalem esse ordinem, ut sint qui imperent, sint qui parent,

A

l. 2.

2 CAPUT I. DE DISCONVENIENTIA

l. 2. C. de in jus voc. Hahn. tit. de Just. & Jur. p. m. 65.
nullus est qui contradicat, cum omnis societatis hu-
manæ legitima gubernatio ab imperandi & paren-
di lege omnino dependeat. *Reinking. tr. de Reg. S.*
& E. lib. 1. cl. 1. num. 10.

III. Imperantes comitatur legitima quædam in
personas ac res sibi subjectas potestas, quæ funda-
mentum in ipso Jure Naturæ obtinet; originetenus
siquidem dominia cum ipsâ naturâ in statu etiam
adhuc innocentia exorta, atque DEUS humano ge-
neri statim à mundo condito jus in res inferioris
naturæ, iisdemque benè utendi *Gen. 1. v. 28.* contulit.
Ut autem homines in prærecensito statu nihil pro-
prii habuisse videantur, tamen per usum rei, rem
sibi appropriarunt, & dum alter re usus, alter eam
non adprehendit, quò usu deinceps cessante, alius
iterum eâ frui potuit sine vitio *Hahn. c. 1. p. 78. & 79.*

IV. Originalis hæcce potestas in inferiores con-
cessa creaturas, successu temporis à Gentibus usu
ita exigente, extensa, atque factum, ut non tantum
homines alios homines sibi subjectos reddiderint,
sed etiam alia rerum dominia sibi assignarint, &
sublatâ communionis materiâ, tanquam proprias
plenò Jure retinuerint.

V. Exerunt plenitudinem hanc Juris atque po-
testatis præliantes Principes in bellis justè gestis, er-
ga debellatos populos ac regiones bellicò jure sibi
subjectas. Hinc armis primùm Nimrodum suum
imperium constituisse, & homines, ceu bestias in po-
testatem rede gisse, constat; armis etiam Alexan-
drum M. tertiam Monarchiam acquisivisse, similiter
armis Carolum M. Romanum Imperium ad Fran-
COS

Ac DISPARIT. IMPERANT. & PARENT. 3
eos transtulisse, passim historiæ commemorant.
Dan. Ott. *de Jur. Pub. c. 17. p. m. 577.*

VI. Non nescit quoque Jus civile principia
potestatis Principum describere, demonstrando:
Quomodo imperia acquirantur, titulô & modô vel
particulari, vel universali; Illô puta donatione, Ott.
c. l. c. 17. p. 576. emptione, connubiis, electione, Ott.
c. 17. p. 549. vid. Reink. *c. l. lib. 1. cl. 3. cap. 2.* Hôc per
successionem, & quidem vel *testamentariam*, res-
pectu scil. qualitatis hæreditariæ, vel *ab intestato*, ad po-
testatem fit accessus. Ott. *c. l. p. m. 550.*

VII. Verùm enim verò non una eademq; in-
ter ipsos imperantes habetur conditio, quidam nam-
que potestate præditi sunt plenissimâ & absolutissi-
mâ, quidam circumscriptâ atque limitatâ, si non
semper quoad potestatis essentiam, tamen ad mini-
mum quoad ejus existentiam, licentiam, facultatem
& exercitium. Vid. Tabor. *in partit. elem. part. 1. tb. 9.*
in ecthes. p. m. 13.

VIII. Ad prodigalitatem usq;, ut cum Limnæo
loquar, solet repeti regula: Quemlibet Statum Im-
perii in territorio suo tantum posse, quantum Impe-
rator in Imperio, adeoque ut secundum illam ratio-
ne jurium non Imperialium & majestaticorum, sed
territorialium, Tab. *de Regim. Imp Eccl. tb. 23. p. 26.* unus-
quisque Princeps in suo districtu Cæsarem se jacti-
tare, Gail. *2. O. 57. n. 7.* imò plus Imperatore se valere
in ditione sua, idque quoad facultatem transmitten-
di ditiones suas instar privatorum, in hæredes, & libe-
riorem disponendi & statuendi potestatem, non con-
sideratis reservatis aliàs Imperatoriis, gloriari valeat.
Limnæus *de Jur. Publ. Lib. 4. c. 8. n. 6. seqq.* Ex quibus

omnibus patescit; plenitudinem potestatis ambitu suo generaliore esse, denotareque ordinariè jus & exercitium summi Imperii territorialis, quod Germanis audit: Die Lands-Fürstliche oder Lands-hohe Obrigkeit. Reink. *Lib. 1. cl. 5. c. 2. n. 3.*

IX. Exercent autem plenitudinem isthanc potestatis Principes in omnes subditos suos, nisi isti exemptionem ab hac ipsis quæsitam legitimò modo probent. Maxime verò conspicuam se offert illa plenitudo in Jurisdictione; Cum omnia quæ intra territorii septa continentur, in istius Domini patrocinio & jurisdictione, cujus est districtus & territorium, esse præsumantur. *L. 1. §. 4. ff. de off. pref. urb. & arg. l. ult. ff. de Jurisdic. Limn. Lib. 4. c. 8. n. 186.*

X. Alia verò atque alia est Principum nostrorum Jurisdictio, quam illa, quæ tempore olim floruit Romanorum & Francorum. Principes quippe territoria sua Jure non amplius precariò, sed propriò & hæreditariò, possident. Vid Becker. *de Jur. Publ. Lib. 3. c. 4. p. 139.* Ut non dubitare liceat, quin privativè Jurisdictionem in subdito: suos ita exercent, ut hi ratione primæ instantiæ extra territorium suum ad aliud forum evocari regulariter nequeant. *Ord. Cam. part. 2. tit. 1. § 5. Limn. c. 1 n. 185. Carpz. in Process. Jur. tit. 2. artic. 2. n. 39. & tit. 3. artic. 4. n. 66. § n. 98.* quæquam aliàs per supervenientiam majoris Magistratus dicatur cessare jurisdictio minoris. *L. 5. C. de off. Rect. Prov.*

XI. Ex eadem potestate sua territoriali Principes etiam leges universales locales condunt, Jura provincialia, Lands-Ordnungen. Vid. Reink. *Lib. 1. cl. 5. c. 6. num. 9.* quæ universales idcirco, quòd illi civitatibus

tibus

Ac DISPARIT. IMPERANT. & PARENT.

tibus & civibus imperitent multis, dicuntur, & quia
 leges istæ tam subditos, quàm reliquos omnes, qui
 in Statuum territoriis contrahunt, obligant; idque
 ideò, quia, uti antea dictum, hæreditariò ditiones pos-
 sident jure, in quibus ceu Domini in bonis propriis
 jura quasi Majestatica exercent, inque terris suis lo-
 cum tenent Imperatoris, habent regalia & sunt qua-
 si Reges, qui omnia in suo, sicuti Imperator, possunt
 territorio. Bachov. *in not. ad Treutl. vol. 1. disp. 3. th. 6.*
lit. E. vers. altera ratio, p. m. 55. Adde Knipschild. *de*
Fur. & priv. civit. Imperial. lib. 2. c. 10. n. 2. Quod ipsum
 confirmant *Rec. Imp. de Ann. 1577 tit. 10. §. 7.* his verbis:
 Doch soll hierdurch denen Churfürsten und Ständen an
 ihren von uns habenden Käyserl. Regalien / Privilegien
 und zustehenden Gerechtigkeiten / Ordnung zumachen /
 nichts præjudiciret / sondern ihnen vorbehalten seyn.
Conf. Instrument. Pac. Osnabr. art. VIII. §. 1. ibi: Libero
juris territorialis tam in Ecclesiasticis, quàm Politicis
exercitio. Quas proinde leges etiam Imperator &
 Camera Imperialis sequi tenentur. Bachov. *c. l. p. m.*
426. vid. Ordin. Cam. part. 1. tit. 57. von des Käyser-
 lichen Cammer-Richters Ende: ibi: nach redlichen / ehr-
 bahren und Ländischen Ordnungen / Statuten und Ge-
 wohnheiten der Fürstenthümer / Herrschafft und Gerichte
 ten / da sie vorgebracht werden. Quemadmodum &
 aliàs secundum cujuslibet loci statuta justitia est ad-
 ministranda. Carpz *d. Leg. Reg. c. 9. sect. 1. n. 4.* Licet
 in iis, quæ Processum Superioris judicii concernunt,
 stylus & lex judicii superioris, quæ judiciaria atten-
 datur, *Mev. p. 9. dec. 30.*

XII. Ex plenitudine præterea potestatis
 territorialis jure circa sacra gaudent Principes

A 3

Vid.

● CAPUT I. DE DISCONVENIENTIA

pes. Vid. Besold. *in thes. pract. verb.* 60. freye Reichs-
Ritterschafften/ §. nehmlich und fürs erste. Reink. *Lib. 1.*
cl. 5. cap. 4. §. 228. R. I. *de Ann. 1555. §.* und damit solcher
Fried. 15. Illust. Dn. à Seckendorff. *part. 2. des teutschen*
Fürsten Staas cap. 15. num. 3. & Lib. 2. cap. 9. §. 4. des
Christen Staats / p. 296. seq. Ut non immerito Impe-
rator Justinianus gloriatus fuerit, se non minorem
curam Ecclesiæ, quàm vitæ habere, *Nov. 3. in epil.*
Quam curam olim quoque Principes Veteris Testa-
menti habuisse legimus *2. Reg. 22. & 23. & 1. Reg. 15. v. 12.*
Quomodo enim salutem subditorum supremâ curâ
& potestate complecti dicerentur, qui religionis ve-
ræ & sinceræ curam non haberent? Tabor *d. Regim.*
Imper. Eccles. d. th. 23. p. 26.

XIII. A vero proinde aberrare videntur illi, qui
putant: Status Imperii à tempore factæ transactio-
nis Passaviensis, plenitudinem hanc potestatis Eccle-
siasticæ consecutos, Carpzov. *in Process. tit. 1. artic. 2.*
num. 5. adde Becker. *de Jur. Publ. lib. 3. cap. 4. p. m. 179.*
cùm tamen eam à tempore concessæ superioritatis
territorialis, quæ potestatem regendi subditos in
causis civilibus & Ecclesiasticis involvit, obtinuerint.
Tabor. *d. l.* quod enim pax Religiosa denuo Statibus
Aug. Conf. majori cautela asseruerit & Pax Osnabru-
gensis confirmaverit, novam concessionem non in-
fert. Per-Illustr. Dn. de Rhetz *Instit. Jur. Publ. lib. 2.*
l. 1. §. 17. Quam sententiam non infringunt verba
R. I. *de Ann. 1555. §. 20.* quasi suspensa sit Statuum Im-
perii jurisdictio Ecclesiastica, non vero concessa,
jam dudum enim responsum à Reinkingio, *de R. I. S.*
& E. L. 3. cl. 1. c. 10. n. 1. 2. & 3. suspensionem istam f. etiam
non quoad Principes Imperii, sed saltem quoad Pon-
tificios

Ac DISPARIT. IMPERANT. & PARENT.

rificios clericos eam de facto prætendentes, Conf. D. Struv. *in Synt. J.F.c.6.aph.17.* Secularibus autem illam non datam, sed quasi postliminio tanquam annexum Superioritatis territorialis restitutam esse, salvis tamen manentibus ubiqve pactis & legibus fundamentalibus. Tabor. *c.l. p.27.* Conf. Dn. Ziegler. *d. Jurib. Maj. lib. 1. c. 13.*

XIV, Ex hoc jure Imperii & Superioritate territoriali fluit etiam jus primariarum precum, cujus virtute facultatem habent & Principes Imperii, nominandi & promovendi unam personam idoneam ac beneficium Ecclesiasticum in territoriorum Ecclesiis cathedralibus aliisque. Sixtin. *de Regal. Lib. 1. c. 2. n. 34. & seqq.* Ziegler. *ad Lancelot. lib. 1. tit. 26. §. 4. in fin. & Jur. Majest. lib. 1. c. 18. §. 4. in fin.* Fritsch. *d. J. primar. prec. c. 2. n. 47.* Johann. à Chokier. *d. primar. precib. sect. 2. n. 9.* Concurrit ad justum Juris hujus exercitium, universalis Ecclesiarum territorii protectio & profusa liberalitas, largissimaq; dotatio, quæ jus Patronatus inferunt, *c. 25. d. Jur. Patron.* In Imperatoribus hæ preces tenues sunt reliquæ Juris Cæsarei circa collationem Episcopatum, Abbatiarum, aliorumq; beneficiorum Ecclesiasticorum, uti judicat Conring. *ad Bullam Innocentii X. p. 191.* Inter Imperii Status in hujus juris exercitio præ aliis eminent Potentissimi Electores Brandenburgici, qui sub ipsis Imperii auspiciis illud exercent, donareqve consueverunt jus illud intimo cuidam Ministro, uti observavit Scheplitz *ad Consuetud. Marchic. p. 1. §. 2. 3. num. 5.* Præsentatio verò harum precum & receptio trahit secum Canonicam institutionem & effectum possessionis Juris, nec aliâ ulterius indiget alicujus operâ
vel

8 CAPUT II. DE CONVENIENTIA
vel gratiâ, nisi ad actum possessionis corporalis, in
quâ tantum consistit executio facti. Chokier. *d. tract.*
sect. 2. n. 12.

XV. Ex potestatis seu superioritatis territoria-
lis insuper plenitudine Principes facinorosis famam
subditis restituunt, infamiamque lege provinciali &
jure topicô propter delictum commissum eis in-
iustam prorsus tollunt, Myler. *de Stat. Imper. thes. 59.*
cap. 33. §. 2. Quodsi autem ex Jure communi & le-
ge Imperii universali fuerit quis infamiâ notatus, ea
ipsa per solum Imperatorem tollitur. Dan. Ott. *de Jur.*
Publ. c. 11. p. 341. Besold. *de Jur. Majest. c. 4. n. 5.* Deli-
cta enim & crimina, quæ consensu totius Imperii in-
famiam habent, & inde à Cæsare & nomine totius
Imperii damnatos infamia sequitur, communiter
excipiuntur Dn. de Rhetz *Inst. 7. Publ. lib. 2. tit. 9. §. 3.*

XVI. Ex territoriali Superioritate quoque
est dandi communitati jus civitatis, Zahn. *in Ichno-*
graph. municipal. c. 2. in fin. non quidem universale &
Imperiale, sed particulare, provinciale & territoriale.

XVII. Neque etiam vigore sæpe laudatæ pote-
statis illicitum est Principibus, civitatibus & vicis
concedere in districtu suo nundinas. Reinking. *L. 1.*
cl. 5. c. 6. num. 54. quæ tamen nundinæ non universales
& solennes sunt, vulgò Reichs-Messen / sed particula-
res, in gratiam scil. & utilitatem unius districtûs
concessæ, Jahrmärckt. / Limn. *de Jur. Publ. in annot. ad*
Lib. 4. c. 8. n. 311.

XIIX. Pluribus tandem ex usu superioritatis ter-
ritorialis juribus Status Imperii utuntur, quæ omnia
præsentis paginae non excipiunt, potest tamen de
reliquis consuli Reink. *c. l. lib. 1. cl. 5. c. 4. & 6.* Myler.
d. Prin-

& PARITATE IMPERANT. & PARENT.

d. Princip. & Statib. Imper. Qui ut in pluribus, ita hac quoque in materia more solito, i. e. eruditò, ingenii vires probè exercuerunt.

XIX. Patefcit ex his prædictis fatis abundanter, maximam illam & insignem Imperantium parentiumque disparitatem nullâ ratione posse negari, utpote quòd his non liceat, quòd illis ex potestatis plenitudine liberum atque illimitatum relinquitur; Illorum idcirco erit imperare, suamque à DEO potentissimo concessam potestatem exercere, horum vero obtemperare: Hi etiam tanquam personæ ut plurimum privatæ, illis tanquam personis per eminentiam publicis pares esse, iisdem juribus uti, & ad paria cum illis judicari nequeunt, quanquam & in aliquibus eorum convenientia, salvâ nempe permanente hâc potestatis plenitudine, haud difficulter possit demonstrari, de qua in sequentibus.

CAPUT II.

DE

CONVENIENTIA & PARITATE IMPERANTIUM & PARENTIUM.

§. I.

CUm secundum Juris præceptum, de quo *in §. 3. l. de f. & f. & l. 10. §. 1. eod.* agitur, peccata coerceat, per quæ injustè læditur proximus, à quo malo nos abstinere jubent sacræ paginæ; cum etiam Christianis non tantum mutuum odium interdica-

B

tur

tur, sed insuper amor sincerus & non spurius injungatur, *Matth. 22. v. 39.* præsertim quòd inter nos natura cognationem quandam constituerit, *l. 3. in fin. ff. de J. & J.* quia omnes ab uno Patre processimus, nihilque alteri tam simile tamque par est, quam omnes inter nosmet ipsos sumus: Idcirco etiam, quantumvis alias inter Principes & subditos vel alios privatos maxima sit differentia, tamen hætenus paritas existit omnium mutua, adeò ut nec privatus à Principe, nec Princeps à privato veniat lædendus. Hæc enim antea dicta non uni sed omnibus & quibuscunque hominibus sine differentia ex Christiana Philosophia sunt præscripta. Omnes siquidem sumus DEI subditi, quorum cordibus Jus divinum & naturæ insculptum, à quo neuter privilegium aliquod exemptionis prætereundum valet. *Sutholt. de Jurisd. aphor. 30. Knipschild. c. l. l. 5. c. 6. num. 27.* Quod ipsum observans Josephus Princeps Ægyptiorum, responsum tale fratribus dedit: *Fürchtet euch nicht / denn ich bin unter Gott / Genes. 50. v. 15.*

II. Et positò, non concessò, quòd legibus naturæ & Gentium Princeps non obstringatur, ut Princeps, tamen ceu ad humanum genus æquè ac aliæ gentes spectans persona utique tenebitur. *Conf. Becker. in Synops. Jur. Publ. lib. 1. c. 4. n. 3.* Quapropter Principes ex pactis & conventionibus, planè sicut alius quisquam privatus, obligantur, per *l. 4. C. de legib. 1. Feud. 7. Wesenb. in ff. de Const. Princ. in fin. Marpurgenf. Vol. 1. Conf. 9. num. 8. & 82. Gothof. Ant. diss. feudal. 1. th. 1. lit. b. Dan. Ott. de Jur. P. c. 7. p. 137. Carpz. decis. 87. num. 4, 5. 16. 17. & 18. Ahasv. Fritsch. de liter. Reversal. c. 3. n. 1.* Sive cum alio privato, sive cum integra

tegra

tegra aliqua universitate contraxerint, in tantum, ut nec plenitudo potestatis, nec ulla aliqua urgens clausula, de Jure non admisibili & operationem aliquam habente, eos inde eximere possit, cum semel constitutæ obligationi nemo alterâ parte invitâ, renunciare valeat. Ziegler. *de Jur. Maj. L. 1. c. 1. num. 16.* Frantzk. *V. R. Lib. 3. res. 1. n. 166.* Svadet etiam hoc Justitia commutativa, quæ Jus Naturæ respicit, nec personarum respectum admittit; quid enim est magis congruum fidei humanæ, quàm ea, quæ placuerunt servare? *l. 1. ff. de pactis.* Grave præterea putatur, fidem datam fallere, *l. 1. pr. ff. de const. pecun.* cum primis turpe id esse ducitur Principibus & illustribus personis, quas unam linguam unumq; calamum habere decet, Carpz. *lib. 5. tit. 2. Resp. 9. n. 10.* Knipschild. *de Jur. & priv. Civ. Imp. lib. 1. c. 18. n. 10. & 13.* & nihil est, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe, *l. 8. C. de Summ. Trin.* Imò fidem fallere in aliis probrosum, in Principibus verò abominabile dicitur. Tholosan. *lib. 2. de Republ. c. 20. sect. 28.* Et ut justitia est constans & perpetua voluntas, ita in Principe potissimum talis justitia requiritur, quæ absit ab omni inconstantia, vacillatione & mobilitate, prout subtilissimus JCrus Franzkius *lib. 3. resol. 1. n. 173.* eruditissimè differit. Generosus exinde laudandus venit sermo Philippi olim Hasfiæ Landgravii: *Einem Fürsten soll man erkennen bey Haltung geschehener Zusage/reiner Straßen und guter Mung/ vid. Waremund. ab Ehrenberg de subd. c. 5. fol. 81.*

III. Hinc ob hanc exuberantiam fidei omnes contractus à Principe & cum Principe Imperii initos bonæ fidei esse asserunt, procedendumq; summa-

riè sine strepitu & figura iudicii. Petrus Anton. de Petra de *Jur. quæsit. non toll. per Princip. c. 6. n. 41.* Zasius *lib. 1. consil. 14. n. 43.* Borcholt. *consil. 7. lib. 1.* Hartm. Pistor. *l. 4. qv. 7. in consil. annexo n 8.* Besold. *part. 4. consil. 150. n. 27.* Eorundemque nuda pacta & simplices conventiones producere actionem & exceptionem, Petr. Wesenbec. *consil. 2. n. 60.* Mager. *d. Advocat. c. 9. n. 105.* Contractusq; vim legis obtinere, arg. *l. pen. C. de donat. int. vir. & ux. ibiq; Br. & Bl.* longeque fortiores & firmiores esse legibus ab ipsis Principibus latis, Borch. *d. l.* Nec distingvendum esse, an cum subdito, vel alio quovis sint initi, arg. *c. 1. ubi Dd. X. d. probat.* ad eò, ut nec ex plenitudine potestatis à contractu cum subdito resilire liceat, Mynsing. *Resp. 24. n. 19.* Gail. *2. obs. 55. n. 5.* Klock. *d. contribut. c. 16. sect. 1. n. 172.* Argentorat. *vol. 2. consil. 47. n. 22.* Superioris enim in subditum verba porpurata mendacia esse non debent, ut loquitur Carol. Scriban. *in Polit. Christian. lib. 2. c. 15.* Myler. ab Ehrenbach. *in Nomolog. Ordin. Imper. c. 2. n. 2. & 3.*

IV. Quæ præsupposita distinctionem: Utrum Princeps ut privatus, an vero ut Princeps contrahat, non attendunt, sed utroque modò ipsum obligari volunt; præsertim quia in contractibus ad conventionem respicitur, illiq; legem ex conventionem accipiunt, per *l. 1. §. 6. ff. de pos.* Unde alii addunt, si Princeps contrahens non velit teneri lege legis, teneatur tamen *lege conventionis.* vid. Carpzov. *de- cis. 87. n. 9.*

V. Quantumvis autem, testante eheu! experi-
entiâ, ipsò factò sæpe non impleantur promissa, atq;
fides data servetur, tamen exinde ad illud quod ne-
ces-

cessario & de jure fieri debebat, nullâ ratione esse, argumentandum, quisquis facile deprehensus; vid. Reinking. *d. R. I. S. & E. lib. 2. cl. 1. c. 2.* Fides namque dicitur secundum alios: à fieri, daß nehmlich das/was man versprochen / gewiß und unfehlbar geschehen solle; & definitur dictorum factorumque constantia & veritas, Cic. *lib. 2. offic.* Præsertim autem servanda à Principe, quia is immobilis esse debet, sicut lapis angularis & polus in cœlo. Contraveniens autem contractui, potestate suâ dicitur abuti, imò est hæc plenitudo non potestatis, sed tempestatis. Carpz. *in vol. disp. hist. jurid. polit. Dec. 4. pos. 7. n. 7.* Frantzk. *var. res. lib. 3. res. 1. n. 180.*

VI. Perpendant ideò imperantes, quod à DEO suam habeant dependentiam, quem imitari, ejusque ductu omnia gerere debeant. Carpzov. *Resp. Jur. Elect. lib. 2. tit. 2. resp. 27. n. 5.* Quare & Dii appellantur, *Exod. 22, 8 & 28. Psalm. 82, 6. Job. 10, 34, 35, 36.* non verò DEUS, ne quid super humanam ac probabilem modum, ut Seneca in alio argumento loquitur *d. Clement. lib. 2. c. 4.* sibi tribuerent; Pluralitas enim in humanis quidem perfectionem augere potest, sed in divinis eandem minuit, cum non possit esse, nisi unus DEUS. DEOS ergo dici imperfectionis notam in Principibus relinquit, ut DEO quidem similes esse, eodem tamen longe inferiores se manere cogitarent, adeoque homines se esse non obliviscentur. Dn. Becman. *in diff. de Divino Vicariatu Princip. c. 2. §. 4.* Quemadmodum autem ipse DEUS dictis suis atque promissis firmiter innititur *Psalm. 33, 4.* Eundem in modum & Principes promissis suis & dictis firmissime inniti decet. Carpz. *de Leg. R. Germ.*

c. 3. sect. 14. n. 12. Et si res probè ponderetur, quid aliud promissio Principis sine justa causa non servata infert, quàm mendacium, à quo ex dicto Syracidis *cap. 42. v. 20.* Principi abhorrendum. Si enim, quid aliud, certè hoc hominem decet, ut verbis suis fidem præstet, nisi mendaciis veritatem corrumpendo destitutus ratione, eorum albo, qui ratione polent, excidere velit. Hanc fidei Principum exuberantiam Status Imperii eo ipso innuere voluerunt, dum *principalem* promissionem sub fidei Principis æquiparârunt juratæ promissioni, vigore *R. Imp. de Ann. 1555. §. 58.* in quibus constitutum ut Princeps Imperii, tanquam electus circuli Dux, Krâys-Obrister/ea, quæ officii sui sunt, promittat sub dignitate & fide Principis; si Princeps non sit, præstet Circulo juramentum corporale; *Daß die/so Fürstliche Stands oder Wesens/ bey Versprechung und Zusage Ihrer Fürstl. Würden und wahren Worten gelassen; aber die andere über obgemeldtes einen leiblichen Eyd beyde die Obersten und Zugeordnete den Ständen der Krâys/ von denen sie erwöhlet oder angenommen/schweren/d. §. 58.* Et hoc ipsum extra hunc casum in genere obtinet, ut promissiones & assertiones, bey Fürstlichen Ehren und Worten/ vim juramenti realiter præstiti habeant, ac effectus juramenti quoad vinculum contractus inducant; quo facit *c. ad aures nostras 3. X. de his, qu. vi vel met. caus. ibi: nisi juramento vel fide interposita.* *Mynsing. cent. 1. observ. 17.* Myler, ab Ehrenbach, in *Nomolog. Ordin. Imper. c. 6. per tot.*

VII. Contra hanc in fide observandâ Imperantium & subditorum æqualitatem negotium facessere videtur *l. 31. ff. de Leg.* Principem scil. legibus esse

esse solutum, & *Nov. 105. circ. fin.* Principem esse supra leges, & DEUM horum Imperio leges subiecisse, adeoque etiam conventionibus suis non teneri. Cui objectioni responsio Treutleriana *sel. disp. vol. 1. disp. 1. th. 7. lit. b.* Principes scil. legibus *positivis*, quas tulerint subditis, non verò *Divinis & naturalibus*, solutos esse, exasse satisfacere non videtur. Nam legibus *positivis & civilibus* principem quoque obligari, in omnibus conventionibus maximè ultrò citroque obligatoriis, testantur *lex penult. C. de donat. inter vir. & uxor. Add. text. 1. F. 7. Conf. Dn. Ziegler. de Jur. Majest. L. 1. c. 1. n. 18.*

VIII. Quamquam autem leges obstantes de Principe summo loqui videantur, nihilominus si res probe examinetur, hæ ipsæ, ea, quæ dicta sunt, impugnare, haud poterunt. Adhiberi saltem poterit communis illa distinctio inter vim *coactivam*, seu *imperiosam*, & *directivam*. Id. Dn. Ziegler. *c. l. n. 27.* Priori modo potest quidem dici Princeps legibus solutus, non verò posteriori, i. e. *directivè & exemplativè*, quod satis exprimunt verba *L. 4. C. de legib. sequentia: Digna vox est Majestate regnantis, legibus alligatum se profiteri, adeò ut de authoritate Juris regnantis pendeat authoritas, & reverà majus imperio sit, submittere legibus principatum;* Ligantur etiam statuentes statuto suo, *Gail 1. obs. 10. n. 12.* & decet Legislatorem leges istas quibus ipse solutus esse videtur, servare, *l. 23. ff. de legat. 3.* Vita enim Principis perpetua est censura, ad quam ut dirigantur subditi, non tam imperio opus, quam exemplo; imo quando ipse Princeps quod à subditis exigit, præstat, legibus exemplo suo parendo, subditos quoque multo magis parere docet.

Dn.

Dn. Ziegler. *d. l. n. 19.* Qvales enim esse solent in Republica Principes, tales reliqui sunt cives, Cic. *Lib. 1. ad fam. epist. 9.*

*Scilicet in vulgus manant exempla Regentum,
Ut q̄ ducum lituos, sic mores castra sequuntur.*

IX. Novi eqvidem qvosdam velle Principes excusare *ex l. 1. de Const. Princ.* qvod populus omne jus & potestatem in Eos contulerit, ideoq; & licitum esse Principibus agere cum suis, qvid velint; Verum hanc ipsam illationem omnibus modis claudicare, unusquisque deprehendit; distingvendum enim inter potestatem *tacticam & ordinatam* ad salutem & utilitatem Reipublicæ tendentem, & inter potestatem *inordinatam, violentam atqve iniquam*; illa licita, vid. *l. ult. §. ult. ff. de pign. act.* Gothof. *Ant. disp. feud. 9. th. 6.* hæc verò omnibus modis ut effrenis libido est prohibita. *Mynsing. 5. obs. 93.* Nec enim plenitudo potestatis in aliorum extendenda est injuriam. *Frantzk. Var. Res. Lib. 3. ref. 1. n. 177 & 180.*

X. Dicas: Qvodsī autem Princeps directivè legibus teneatur civilibus, imo & suis constitutionibus localibus, plenitudinem ejus Principalem & territorialem admodum exiguam esse futuram, imò repugnare istud essentiæ summitatis, & si ita loqui liceat, ejus quasi Majestati territoriali. Verum tenendum: qvòd essentia plenitudinis & summitatis per hoc ipsum qvando legibus tenetur directivè, non lædatur, sed saltem exercitium plenitudinis certis limitibus circumscribatur; Nam Princeps subditos & regnum non mancipio tenet, sicuti tenentur fundi & ædes, qvin potius is constitutus est populi gratia, ut eum conservet & protegat, *Reink. de R. S. & E.*

E. lib. 2. cl. 1. c. 1. n. 3. seq. non autem populus propter ipsum, & ut ejus jura contra naturalem æquitatem intervertat. *Carpz. in J. P. F. p. 4. c. 11. def. 12. n. 6. E. p. 3. c. 31. def. 13. n. 3.* Quod ipsum apertè indicatur *in Lib. Sap. cap. 6. v. 4.* Euch ist gegeben die Obrigkeit vom Herrn/und die Gewalt vom Höchsten/welcher wird fragen wie ihr ordnet / denn ihr seyd seines Reichs Ambtleute. Ut proinde jus Principum non consistere debeat in injuria & tyrannide seu factis iniquis, de quibus agitur *1. Sam. 8. v. 11.* quare & Achabus ob Nabothi vineam direptam reprehensus & punitus, *3. Reg. 12. & posteritas ejus, facti illius gravissimas dedit pœnas, 4. Reg. 10.* Sed in pietate, honestate & æquitate, ideoq; etiã finis sermonis Samuelis *in prædict. c. 8.* fuit dehortatorius, complectens enumerationem malorum, ut eò magis deterreret populum à petendo rege. Vocat quidem Propheta factum prædictum Regis iniquum Jus, *in cap. 8. v. 11.* hoc ipsum autem præstat in sensu abusivo, quemadmodum non insolitum est apud Jctos, jus venire nonnunquam abusivè pro facto, & prætor dicitur quoque jus reddere, etiamsi iniquè decernat. *L. 11. ff. de J, E. J.*

XI. Cæteroquin non potest negari, posse Principem bona subditorum tempore necessitatis, refuso tamen pretiò, in quantum fieri potest, ad se trahere. *Carpz. de Leg. R. Germ. c. 1. sect. 5. n. 10. seq. Knipschild. de Jur. E. priv. Civ. Imp. lib. 5. c. 6. n. 27.* Unanimis etiam Doctorum est sententia, posse scil. Principem tempore necessitatis, veluti belli sævientis, cives ac subditos ad pecunias sibi mutuandas, pro alendis exercitibus & præsidiariis militibus, & pro aliis ad bellum necessariis, compellere, ita tamen, ut

C

eò

eō casu mutuantes moderatas usuras, & affecurationem restitutionis pretii recipiant vid. Balthasar, *de operis subditor. c. 8. p. 145.* & Carpz. *de L. R. G. c. 1. sect. 5. n. 10. seq.*

XII. Venit denique notandum: accidere nonnunquam solere, ut plenitudo potestatis certis conditionibus & capitulis limitetur & circumscribatur, in absolutissima etiam potestate Majestatica & Regia, vi pactionis specialis cum subditis initæ, salvâ nihilominus manente Majestate ipsâ, Carpz. *de L. R. G. cap. 1. sect. 6.* Quod ipsum conspicuum est in Imperatore nostro Romano-Germanico, qui electus secundum capitulationem præscriptam & leges Imperii regere tenetur, id quod verba capitulationis comprobant hæc: *Dasß wir demnach uns aus freyem gnädigen Willen mit denselben unsern lieben Neven/ Oheimen und Ehurfürsten/ dieser nachfolgender articul, gedingß- und pacts-weise vereiniget/ vertragen/ die angenommen/ bewilliget und zugesaget haben.* Quæ ipsa tamen capitulatio summitati Majestaticæ, satis superque setam in secunda instantia, quàm in prima quoad potestatem recipiendi querelas denegatæ & protractæ justitiæ, idemque in judicio causarum feuda Regalia concernentium, nec non in cognitione super Statuum delictis &c. se exserenti, nullatenus derogat, nec hæc ratione, quâ saltem exercitium Majestatis certis circumscribitur limitibus, Majestatis essentia in aliquo læditur. Conf. B. Dn. Tabor *in partit. Elem. p. m. 12. §. 9. in ecthes.* Alii inter imperium ipsum & imperii partes, & has, non verò illud coarctari, distinguunt, qui similes sunt distinctionem inter imperii *summitatem & plenitudinem* adhibentibus, &

& ultimam lege constringi regiâ, defendentibus. Vid. Strauch. *Instit. f. publ. lib. 1. tit. 4.* Sprenger. *de Jur. Publ. c. 4. p. 151.* & Johann. à Belitz. *d. f. P. tab. 1. q. 8.* Tandem etiam si quid aliquâ viâ videretur decedere Majestati, hoc ipsum non per se, sed per accidens fieri videtur. Vel si mavis rem feliciter expedire distinctione inter Majestatis *naturam*, & ipsius *licentiam*; vid. h. t. J. Ctus Eximius Dn. Ziegler. *tr. de Jur. Maj. L. 1. c. 1. n. 14.* illa perfecta semper manet, & se ipsam absolvit atq; determinat, ac totum sui implet; hæc verò non *vaga* esse debet, instar libertatis, quæ nihilominus salva manet quantumvis jure determinetur, §. 1. *I. de Jur. person. sed justa & legitima*, legi conventionis accommodata, quæ huic imperat non *δραστικῶς*, seu coactivè, sed *πολιτικῶς*, & persuasivè. Adeoque hæc ipsa licentia ad actus exerens re ipsa, nihil aliud sit, quàm exercitium ipsum Majestatis; hæcque ratione distinctio inter Majestatis essentiam & exercitium adhuc dum salva persistet. Vid. Dn. ab Einsiedel *tr. de Regalib. cap. 1. p. m. 27.*

CAPUT III.

DE

RESULTANTE & ENATA

EX PRÆMEMORATIS IN NON

NULLIS CONSEQUENTIA.

§. I.

Non tantum autem ipsi Principes contrahentes, sed & Eorum Successores ex contractibus

C 2

Præ-

Prædecessorum suorum obligantur. Quod ut eò planius intelligatur, sciendum: Successores non unius esse ordinis, quidam enim Jure *singulari*, quidam *universali* succedunt, prout idem in capite primo circa acquisitionem est expositum. Conf. tamen *l. ult. ff. de except. rei vendit. l. 34. §. adjiciuntur ff. de damn. infect.* Tabor *partit. Elem. part. 2. th. 19. p. 53.* Qui universali Jure succedunt, ii uno nomine hæredes vocantur, quia hæreditas delineatur successio in universum jus quòd defunctus habuit, *l. 24. ff. de V. S. quæ defertur vel ab intestato vel à testato, §. ult. I. per quas person. cuiq. acquir. pr. I. de her. q. ab intest. def. l. 1. ff. de suis & legit. her. l. 39. de acquir. her.* Carpzov. *disp. feud. s. th. 8.*

II. Utròque modò succedens tanquam hæres, tenerur præstare id, quod antecessor ex contractu aliis debet, juxta vulgatum: hæres tenerur præstare factum defuncti legitimum, *l. 14. C. de rei vindic. l. 56. §. 1. ff. de verb. oblig. l. 149. de R. I. Wesenb. in ff. de pignor. act. n. 8.* Succedens verò jure particulari & singulari, e. g. si cui res fuerit donata aut vendita, personaliter hic non est obligatus factum præstare donatoris aut venditoris, ob quod aliis ad dandum vel faciendum se obligatum reddidit. Ex alterius siquidem conventionem nemo obligari potest, *§. 3. l. de inutil. stip. l. 38. pr. & §. 1. & l. 83. ff. de verb. obligat.* adeoque hòc sensu omnes obligationes ex nostra persona, non alterius, initium sumunt, *l. 11. ff. de Obl. & action.* Carpz. *p. 2. c. 16. def. 33. n. 4.* nec sequuntur istæ successorem singularem, *l. 81. §. 1. ff. de contrab. empt. l. 4. c. de rer. permut.* Carpz. *part. 2. c. 38. def. 17. n. 6. & lib. 4. tit. 1. resp. 10. n. 4. seqq.* Schrader. *de feud. part. 7. c. 7. n. 40.*

c. 7. n. 40. Nisi cum onere aliquo quid receptum sit, tum namque res cum onere etiam in singularem, transit successorem, l. 36. de servit. pred. rustic. l. 3. C. de servit. & aqv. Quodcunque igitur alicui ex ejusmodi contractu cum Principe celebrato legitime acquisitum est, istud successores ejus ex plenitudine potestatis rescindere, & alteri jus suum quæsitum adimere nequeunt, l. 1. §. 11. & 16. ff. ne quid in loc. publ. Carpz. p. 1. c. 16. def. 16. & vol. disp. de inhibit. th. 17. n. 25. nec non in process. tit. 16. artic. 2. n. 11. Gail. 2. O. 58. n. 4.

III. Cùm itaque Princeps privilegium vel aliud aliquid ex gratia five remuneratione alicui legitime concesserit, & acqvirens istud autoritate & dignitate principali obtinuerit & possederit, istud nec ab ipso dante, neque ab ejus successore pro lubitu rescindi poterit, per l. 35. C. de Episc. & Cler. Reinking. de R. S. & E. lib. 2. cl. 2. c. 8. n. 29. Vid. Franzk. var. Resol. lib. 3. resol. 1. n. 177. Princeps quippe subditis privilegia concedens, se daturum facturumve aliquid, spondet, hâcque ratione cum illis contrahit & paciscitur; Jam autem ex præcedenti capite constat, contractus justitiæ commutativæ, svadentis æqualitatem inter omnes, adeoque & ipsum Principem, speciem existere. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. cl. 1. c. 5. n. 60. Berlich. part. 1. concl. 6. n. 5. Carpz. decis. 87. n. 4. §. 16. 17. & 18. Imò si privatis turpe est, donata, præsertim conventionalia, revocare, prætereaque levitati perfectam donationem rescindere cupientium, jure occurritur, l. 35. C. d. donat. multò magis in persona publica id fœdum erit. Enenckel. Baro. lib. 2. de privil. c. 7. n. 2. p. 276. Cum enim in arbitrio cujuscunque sit, hoc facere, quod instituit, oportet

tet eum vel minimè ad hoc profilire, vel cum ad hoc venire properaverit, non quibusdam excogitatis artibus suum propositum defraudare, tantamque indevotionem quibusdam quasi legitimis velamentis protegere, *d. l. 35. §. 5. C. d. donat. Conf. t. t. d. C. revoc. donat.*

IV. Sunt equidem nonnulli, qui adstruere conantur, privilegia ex gratia collata pro beneplacito revocari posse, quos vid. allegatos ap. Reink. *c. l. lib. 2. cl. 2. c. 8. n. 29.* moti fortassis ratione, quòd beneplacitum nulli subjaceat legi. Vid. Dn. Lincker. *in disp. sing. de beneplacito. sect. 2. c. 3. p. 50.* unde & generaliter rescriptum est *in cap. si gratiosè s. de rescript. in 6. ibi: beneplacitum durabit perpetuò nisi à successore fuerit revocatum, quod allegat Tabor. in tr. de obl. succ. in off. c. 5. n. 18.* Verecundius tamen acturos esse Principes monet idem Reinking. *c. l. si & hoc, quod ex mera concesserint gratia, perpetuò custodiant. Franzk. var. res. lib. 3. res. 1. n. 153.* Consentit Myler. *c. l. c. 13. p. 3.* ubi ait: Principem Imperii privilegium merè gratiosum, aut donationem, vel aliud beneficium ab antecessore collatum, pro lubitu revocare non posse; per §. 2. *f. de donat.* eò quòd per privilegium & donationem, perfectum & integrum jus accipienti jam quæsitum sit, *c. quoniam 8. de concess. prebend. in 6to.* firmitasque ejusmodi concessionis jure se tueatur gentium, licet etiam Princeps donator rem insolitam aggressus dicatur.

V. Non tamen, uti multis videtur vir nominis sui Grotius erravit *in tr. de Jure B. & P. lib. 2. §. 14. c. 9.* inquam: falsum esse, quòd contractus Regum leges sint, nam ex legibus nemini jus adversus regem nasci,

nasci, ideo si eas revocet, nemini facere injuriam. Nam eatenus axiomatis hujus *2. l. pen. C. d. donat. int. vir. & ux.* hic est sensus, ut sc. lege repugnante subsistat à Principe celebratus contractus, utque quem privatus non legitimè iniuret, pro justo ac legitimo habeatur. Hillig. *ad Donell. lib. 12. c. 22. lit. 7.* Dn. Ziegler *add. l. Grot. p. 376. 377.* Sicque Grotius non hoc vult quod Princeps contractui contraveniens non inferat injuriam, sed si leges mutet, eandem cessare, cum ex LL. contra Regem nullum nascetur jus subditis.

VI. Cæterum privilegia subditorum, cum crepundiis puerorum quæ iis plorantibus iterum solent offerri, iterumque auferri cum plorare desierunt, nullatenus erunt comparanda. Mortuâ eapropter Serenissimi concedentis personâ, æquum est ob rationes præter enumeratas insuper alias, successorem privilegio Antecessoris inhærere, non verò istud revocare, & quidem (1.) ob antea adductam generalem rationem, quia hæres factum defuncti præstare tenetur, *l. 149. de. R. 7.* Gotthof. *Ant. disp. feud. 4. tit. 5. lit. b.* (2.) quod non tam Principis persona, quam authoritas vel dignitas ejus in conventionibus consideretur, ita ut quamvis Principis persona sit emortua, dignitas ejus ac authoritas nihilominus superstes sit, nec morti subjiciatur, per *d. cap. si gratioses. X. de rescript. in 6.* (3.) quod quemadmodum Princeps non absque gravi indignatione perferret, si dignitati & authoritati suæ principali quisquam nonnihil detrahere attentaret; parili ita ratione, quod sibi fieri displicet, alteri ne fecerit, *caus. 25. qu. 1. can. 15.* Potius autem perpendat, quod secus agens præsumatur

24 CAP. III. DE RESULTANTES & ENATA
matur contravenire sibi ipsi, dum semper unum i-
demque manet Imperium. Reinking. *c. l. lib. 1. cl. 3. c. 10.*
n. 38. Deprehendens istud Greg. M. his rescripsit ver-
bis: si ea destruerem, quæ antecessores nostri statu-
erunt, non destructor sed everfor justè comproba-
rer. Privilegium itaque à Principe concessum per-
petuò duret, *c. 18. X. de reg. Jur. in 6to.* Princepsq; sub-
ditos in eodem, in quo illos inuenit statu & usu
privilegiorum relinqvat, *l. 64. C. de decur. ibi: Uni-*
versa legitima vel ex constitutionibus data privilegia.
integra volumus illibataque servari. Eâ enim præ-
cipuè Princeps à subditis recipitur lege, inque pri-
mordio regiminis ante homagii præstationem pro-
mittere solet, quòd subditos privilegiis quietè frui-
sci, sit permissurus.

VII. Generosa igitur Imperatoris Ferdinandi
I. resolutio Anno 1546. data Bohemis incendium
passis, quòd privilegia eorum igne consumpta, lau-
datur isthæc: Ob schon ihnen die Privilegia im Rauch
auffgangen/ so wäre doch Treue/ Glaube und Königliche
Zusage nicht verbrandt/ wäre geneigt alle und jede Pri-
vilegia zu erneuern/ zu vermehren/ und gar mit Mal-
tern zu zumessen. Burgold. *de notit. Rer. Imper. p. 1. d. 1.*
p. 56. Observandum tamen hîc illa distinctio: utrum
concessiones beneficiorum vel jam *actu ipso* sint in-
terpositæ, vel saltem *promissæ*; illò modò subdistin-
gendum & expendendum: num collatio facta sit
ex causa honesta & probabili, e. g. meritorum, ubi hæc
ipsa collatio revocari nequit, vel *minus honesta & im-*
probabili, seu *turpitudine quâdam laboranti*, quæ utiq;
revocabilis est.

VIII. Notanter inde dictum fuit supra, Prin-
cipem

EX PRÆMEMOR. in NONNULL. CONSEQV. 25
cipem revocare non posse, quod legitime est concessum
& quæsitum; quod si enim illegitimum quid non nemo
obtinuerit & à Principe acquisiverit, nihil obstat, Prin-
cipi tum licere istud rursus adimere, quemadmodum
Carolus IV. privilegia, contra alia privilegia peculia-
ria, Electoribus data, concessa à prædecessoribus, rectè
revocavit, & per legem Imperii pragmaticam A. B. tit.
14. in fin. rursus annihilavit, utpote quod privilegia non
possint nec debeant in alterius concedi præjudicium,
Barbos. in thes. loc. com. lib. 14. c. 83. ax. 7. Et 16.

IX. Hoc ipsum notandum contra eos, qui
ambitiosè in odium aliorum, fortassis finitimorum,
à Principibus suis privilegia impetrare non verentur,
cùm tamen istud quod hac ratione impetratum ipsò
jure sit invalidum, l. 4. pr. ff. de decret. ab ordin. fac. l. ult. C. si
contra jus l. util. pub. Sæpè namq; Principes nimia impor-
tunitate petentium flecti solent ad aliquid conceden-
dum, quod ipsum tamen postea, tanquam precibus fal-
sis circumventi, ipsimet valere nolunt, quantumvis
etiam indultum fuerit. l. 2. C. de offic. Magistr. Gail.
2. obs. 88. n. 2. Peretz. in Com. C. de divers. rescript. n. 11. Adeo
ut ne quidem Judex inferior hac in re, quod contra jus
& justitiam obtentum, pro non interposito reputan-
dum, l. 9. §. 1. de offic. procons. l. 7. C. de prec. Imp. offerend.
Klock. Conf. 7. n. 667. tom. 1. Carpzov. Lib. 2. tit. 3. resp. 46.
n. 23. attendere, l. 6. C. si contr. jus l. ut. pub. sed nihilomi-
nus in causa progredi & procedere debeat, c. 19. X. de te-
stib. Coler. de process. execut. part. 4. c. 2. n. 19. p. 808. Scitu-
rus, juri quæsito alterius per Principis indulgentiam
nihil posse derogari, c. 19. X. de privil. Ne dicatur jam,
nimium officiales Principis peccare, imò contra jus ju-
randum Principi suo præstitum venire, si quando con-
cesio-

D

cesio-

cessionem contra jus quæsitum tertii, impetrare con-
nitentur, sic docente Carpzovio *in J. P. F. part. 2. cap. 6.*
def. 3. Conf. Ahasv. Fritsch. *in tr. de ministr. peccant. concl. 3.*
Ut eò majori facilitate Princeps istiusmodi concessio-
nem postea retractare & revocare valeat, simulatqve
precator impetratis carere debeat. Marpurgenf. *vol. 4.*
consil. 14. n. 66.

X. Simile iudicium de immodicis Principum do-
nationibus & largitionibus est ferendum, quibus repu-
tationi & existimationi successorum præjudicatur;
ex sectione enim substantiæ honorum enascitur pau-
pertas, emergitq; inde contemptus Principum, prin-
cipalioresq; familiæ ad minimum ita attenuantur, ut
pro dignitate statum ac conditionem suam amplius
tueri nequeant. Vid. Carpz. *de L. R. G. c. 7. sect. 1. n. 4. & s.*
Hinc non objurgandus venit Carolus VIII. Galliarum
Rex, qui Ludovici Patris sui immodicas donationes
rescivit atq; revocavit. Vid. Myler. *in Nomol. ord. Impe-*
rial. cap. 16. num. 3.

XI. Quodsi autem concessionem beneficiorum
saltem promissæ sint, quò pertinent gratiæ expectati-
væ, tenendum: faciliori negotio eas profligari posse,
præsertim ab Imperatore, qui Imperium ab Antecesso-
re non hæreditario consequitur jure, verùm ad sum-
mæ hujus dignitatis fastigium per electionem evehi-
tur. Myler. *c. l. c. 15. p. 1.* nisi fortè justissimâ expectativæ
istæ nitantur causâ, Id. *d. l. in fin.* Per ambitionem au-
tem vel importunitatem extortæ facillè revocari pote-
runt, *cap. ult. X. de rescript. in 6to. & 2. F. 35. c. 19. X. de priv.*
Gothof. Anton. *disput. feudal. 4. th. 5. lit. b.* hinc etiam
rescripta Principum adulatoria & ad gratiam impe-
trata, ipso jure nulla sunt, nullumqve sortiuntur.
effe-

Ex PRÆMEMOR. in NONNULL. CONSEQV. 27
effectum, l. 5. C. si contra jus l. ut. publ. l. 29. ad l. Corn. de
fals.

XII. Cùm verò plerumqve eveniat, ut Principes hodie rei domesticæ minimam nonnunquam habere soleant curam, sed majores impendant sumptus, ac reditus eorum sufferant, machen die Rechnung / ut vulgus loquitur, ohne den Wirth/hâcq; ratione debita contrahant quàm plurima, hinc quæritur: Num eorum successores in Principatu, illa ipsa debita antecessorum creditoribus solvere obligentur? In resolutione hujus quæstionis cum Dn. Tabor *in tr. de obl. success. in off. c. 5. n. 13.* existimo, absolutos, independentes & summos Principes, à relatis, dependentibus & inferioribus esse distinguendos. Tale namqve inter utrosq; est discrimen, ut hi ab illis, quoad observantiam non honestatis tantum ratione differant, sed etiam superioris imperio cogi possint. Absoluti autem Principes principatum vel *ex electione*, vel *ex successione* propriè sic dicta tenent. Priori casu quoad contractus Antecessoris inquirendum: num hi vel in *commodum privatum*, vel in *bonum principatûs publicum* initi sint, & ad officium & dignitatem spectent. *Illô modô* Princeps electitius non tenetur, cùm causa, ob quam antecessoris nomine gravari deberet, deficiat. Quodsi autem contractus in Principatûs utilitatem celebratus fuerit, omninò ex hoc obligabitur, per tradita Everhard. *1. Consil. 8. n. 10.* Gœdd. *inter Consil. Marpurg. vol. 4. cons. 50. n. 79. p. m. 1248.* Frantzk. *var. res. lib. 3. res. 1. n. 150. seqq.* tum enim non tam in personam, quàm in rem obligatio contracta censetur. Klock. *de contribut. c. 8. n. 7.* Quo & pertinent promissiones salariorum officialibus factæ, vid. Carpz. *part. 2. const. 29. n. 7.* Tabor. *c. l. n. 14.* Hinc & est, quòd pax ab

Antecessore inita, à successore tolli & impugnari non debeat, sed is eam invitus etiam sanctè observare adstringatur, utpote quòd conventio ista, quæ per pacem fit, publica existat, *l. s. pr. de pact. h. e.* ad statum pertineat Reipublicæ. Pacem quoque sic contractam Princeps non tantùm proprio, sed & Reipublicæ s. dignitatis, quæ perpetua est, nomine contraxisse censetur. Myler. *c. l. n. 1. & c. 16. n. 5.*

XIII. Quod si verò Principes successionis jure principatum obtineant, hoc casu in summis principibus ajunt Dd. successores merito agnoscere debita à prædecessoribus b. f. & utiliter contracta, Vid. Klock. *de contrib. c. 8. n. 51. seqq.* Dn. Struv. *in Syntagm. jur. feud. c. 14. th. 29. n. 5.* Rectè autem hic fortè eadem observabitur distinctio, quæ in principibus inferioribus occurrit, atque notandum: num principes succedant vel *jure hereditariò*, vel *non jure hereditario*, sed ex pacto & providentia; illò iterum vel *merè* vel *mixtim tali*. *Merè jure hereditario* succeditur in feudo, quod vocatur; *Erbeigenthümlich Lehen*. Excellentiss. Dn. Stryck. *in exam. jur. feud. c. 4. q. 45. v. g.* quando quis dedit feudum alicui, ut ipse & ejus hæredes quicumque illi sint, sive maris sive fœminæ, & cui ipse dederit istud, habeant, salvo aliàs manente domini jure fidelitatis, per text. *2. F. 48. Gail, 2. Obs. 154. n. ult.* In hoc igitur si principes succedunt, debita antecessoris contracta, indifferenter ut hæredes, solvere tenentur. Dn. Struv. *Syntagm. Jur. Feud. d. c. 14. th. 2.* habet enim eandem cum allodialibus rebus naturam, & succedunt in eo iidem jure sanguinis hæredes, qui in hæreditate allodialium admittuntur, quapropter & hæreditarium nuncupatur. Goth. Ant. *disp. feud. 1. th. ult. lit. d.* & quidem *simpliciter & absolutè* talè,

Ex PRÆMEMOR. in NONNULL. CONSEQV. 29
tale, nullâ habitâ differentia inter hæredes, five ii ma-
res sint, five foeminæ. *Mixtim* hæreditariô jure, com-
mixto nempe jure comuni feudali, qvô propriè foemi-
næ non vocantur ad feuda, tum videlicet, quando suc-
cedunt quidem hæredes sangvinis, sed non purè & sim-
pliciter, indifferenter unô eodemq; modô omnes, sed
secundum quid, ita ut qvàm diu mares extant, foemi-
næ expressè nominatæ & vocatæ non admittantur.
Goth. Ant. d. l. lit. k. conf. tamen text. 1. F. 8. §. 2. & 2. F.
17. Quantumvis obstare & velle videatur Gailius 2.
O. 154. n. ult. feudum hoc non vocandum esse hæredi-
tarium, sed ex pacto & providentia tale. Nam con-
stat ex text. 2. F. 45. in fin. si quando filium reliquerit
Vasallus, beneficium ab allodio non esse separandum,
qvod si verò paciscatur parens, ut filio etiam non hæ-
redi liceat conseqvi bona feudalia, feudum hoc est ex
pacto & secundum providentiam, Anthon. d. l. juris
scil. feudalis ex jure sangvinis, Carpz. D. F. 2. th. 29. cu-
jus qualitas fortior est, qvàm illius qvod est mixtim
hæreditarium. Dn. Stryck. c. l. q. 50. Qvô pacto & ex
providentia juris feudalis, filius vasalli ab onere susci-
piendæ simui hæreditatis liber videtur. Gotthofred.
Ant. d. l.

XIV. Adeoque ex his dictis facile constare po-
test, successorem principis in feudo mixtim hæredi-
tario similiter obligatum esse, prædecessoris debita
contracta solvere, idq; ob qualitatem hæreditariam ac
allodiam, qvatenus hæres factus est ipsius prædecef-
soris sui, l. 14. C. de R. V. Struv. Synt. Jur. Feud. c. 14. aph. 2.
In specie verò non licet huic successori feudum reti-
nere & hæreditatem repudiare, uti testatur exem-
plum vasalli relinqventis filium, d. 2. F. 45. ubi filius

D 3

non

non potest beneficium sive feudum retinere, hæreditatem autem seu allodialia tantum repudiare. Wann der Sohn die Lehngüter des Vaters erben wil / kan sich derselbe der Erbschafft nicht eussern und das Lehn behalten.

XV. Atq; sic in feudo hæreditario mixto ea notabilis est differentia inter filium & agnatum, ut nempe is solum feudum repudiatâ hæreditate habere nequeat. Nec enim is *proprio jure & ex sua persona*, sed *jure representationis*, sicq; *ex persona patris defuncti* ad successionem venit, *l. F. 8. pr. Carpz. disp. feud. s. th. 24.* Procedit à patre & reputatur eadem persona cum patre, proinde & is obligatur patrem defendere & solvendo æs alienum, ex feudi etiam proventibus, dedecus patris avertere, fidemq; ejus liberare, *Carpz. q. 2. const. 46. def. s. D. Struv. Syntag. Jur. F. c. 14. th. 30. p. 542.* Cui non minimam inferret injuriam, si ejus hæreditatem repudiaverit, feudum verò retinuerit, *§. 1. & 2. 7. quib. man. non lic. Carpz. de oner. Vasall. Feud. decad. 1. pos. s. n. 20.* Non etiam potest filius hæreditatem pro parte, eam scindendo adire, *l. 1. ff. de acquir. hered. Richter. decis. 79. & successio, quæ jure sanguinis fit, adeò conjuncta habetur successioni bonorum, ut una ab altera separari nequeat. Francisc. de Amaya ad l. 23. n. 16. & seq. C. de decur. lib 10. Æs tamen alienum contractum non aliud, quàm quod licitò modò ita factum, filius solvere obligatur, quare debitum improbum occasione lusus conflatum, filius solvere non obstringitur, cum ex ludo nulla nascatur firma obligatio, l. ult. C. de aleator. Carpz. in prax. crim. part. 3. quest. 134. n. 8. & 13.* Agnatus autem in feudo mixto succedens, vel succedit in feudum & hæreditatem simul, tunc debita Vasalli solvere & onera hæreditatis, ut successor non feudalisis, sed ut hæres agno-

agnoscere cogitur. Schrader *de feud. part. 7. c. 7. n. 37.*
 Dn. Struv. *c. l. 1b. 29. n. 1.* vel in feudum tantum, quô ca-
 su agnatus succedens hæreditatem repudiare, feudum
 autem solummodo retinere valet. Quô ipso æs ante-
 cessoris sui alienum, die Erbschuld/ nec solvere, neque
 etiam reliqua onera hæreditaria agnoscere cogitur.
 Schrader. *d. l. n. 36. in fin.*

XVI. Quod si Feudum ex pacto & providentiâ sit,
 in hoc nulla differentia inter filium & agnatum inter-
 cedit, sed uterque repudiata hæreditate feudum reti-
 nere potest. Dd. *allegati à Dn. Struv. Syntagm. Jur. Feud.*
c. 14. aph. 30. n. 1. Ratio in promptu est, quia non jure
 sanguinis & hæreditario, sed aliunde & ex pacto & feu-
 dali providentiâ quæsito, succedunt, eundem in mo-
 dum, ac si ab avo filius feudum acquisivisset. Dn. Struv.
c. l. n. 9. Itaque quemadmodum ex propriis suis bonis si
 non est hæres patris, ejus debita solvere non tenetur,
 ita nec ex feudo, quod aliunde habet. Nisi vel (1) in
 feudi meliorationem, vel (2) in alium feudi usum de-
 bitum probetur impensum, sive (3) consensus acces-
 serit agnatorum, aut (4) ad dignitatis conservationem
 erogata habeatur pecunia. Klock. *cit. d. contribut.*
c. 8. n. 18.

XVII. Unde consequitur, Principes Imperii frustra
 uti repudiata hæreditatis exceptione, si quando non
 ut nudi feudales, sed insimul honorum & dignitatum con-
 veniantur successores. Argentoratens. *1. Conf. 30. num. 48. &*
seqq. Struv. Synt. J. F. c. 14. p. 537. Dignitas namque in successo-
 ribus semper eadem est. Frantzk. *cit. loc. n. 52. ubi addit:* quod
 si successor Principis facti sui antecessoris contravenerit, con-
 travenire dicatur sibi ipsi, cum semper sit unus Principatus &
 unum Imperium.

XVIII. Cæteroquin cum non pauci forte Ducatus aut
 comi-

comitatus Imperii Romano-Germanici reperiantur, qui varia multatq; allodialia insimul bona non rarò etiam alias comprehendant ditiones, ideò Principes aut comites successores simpliciter in dignitate succedentes, tantò fortius ad æris alieni exsolutionem sui prædecessoris Patris aut agnati adstringentur. Myler. *cit. l. c. 14. n. 8. in fin.* Et cum vix aliquod in Germaniâ detur territorium, cui non allodiales terræ immixtæ, ipsumq; sit universitas quædam ex variis terris tum allodialibus, tum feudalibus, castris, hominibus, dominiis eorumque pertinentiis constituta, aus vielen particular-Stücken / so wohl allodial, als Lehn zusammen gebracht und ein corpus individuum und Fürstenthumb eingerichtet / territorii Successorem sicut ad æs alienum quodvis prædecessoris, ita quoque expectantiam concessam adimplere debere, Juri publico & Imperii usui convenientius judicamus cum Perillustri Dn. de Rhetz *ad l. F. 3. n. 19. p. 189.* Eidem frustra contradicente novissimè *Ittero d. Feud. Imperii c. 18. n. 5. 6. 7.* qui fundamentum hujus sententiæ planè non videtur assecutus.

XIX. Superessent adhuc quædam in majorem hujus materiæ dilucidationem exponenda; verum cum instituti nostri ratio istud hac vice non patiatur, finimus, aliis accuratiorrem hujus rei explicationem relinquentes

TANTUM!

SOLI DEO GLORIA.



VB
no

B. N. II, 166.
R. 46, 4. DISPU

SIN
ET
PRI

DE
MAGN
IN

DN. PE
ET INSTIT
Dn. PA

SUMMOS I
DO

Pla
D. XV. A
HARTMA

Francofurti ad Od

78232)

URALEM

ARI
UNI
ERII

ATE
RDINIS
NA,


/ J.U.D.
DR. ORDIN.
ORE Suo
do

RIVILEGIA
DI,

tit,
omeridian.

forn/Gieff.

ZEITLERI.



Kodak
LICENSED PRODUCT
Black

© The Tiffen Company, 2000
White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches

Centimetres

KODAK Color Control Patches

XX
17
7.16

